

16  
 OBSERVAT. SIDERE Æ  
 scatēt: adeo vt si quis veterē Pythagoreorū sentē-  
 tiam exsuscitare velit, Lunam scilicet esse quasi Tellurem  
 alterā, eius pars lucidior terrenā superficiē, obscurior vero a-  
 queā magis congrue representet: mihi aut̄ dubiū fuit nunquā  
 Terrestris globi a lōge conspecti, atq; a radiis Solarib. perfusi,  
 terrenā superficiē clariorē, obscuriorē vero aqueam se se in con-  
 spectū daturā. Depressiores insuper in Lunacernun-  
 tur magnæ maculæ, quam clariores plagæ: in illa  
 enim tam crescente, quam decrecente semper in  
 lucis tenebrarumq; confinio, prominente hinc  
 inde circa ipsas magnas maculas contermini lu-  
 cidioris, veluti in describendis figuris obseruavi-  
 mus, neq; depressiores tantū modo sunt dictarum  
 macularū termini, sed æquabiliores, nec rugis, aut  
 asperitatib. interrupti. Lucidior vero pars maxime  
 ppe maculas eminet, adeo vt & ante quadraturā  
 primā, & in ipsa ferme secunda circa maculā quā-  
 dā, superiorē, borealē nepe Lunæ plagā, occupatē  
 valde attollantur tā supra illā, q̄ infra ingētes quā  
 eminētia, veluti appositæ p̄ferūt delineationes.

